

JOHANNIS CAPPEOLI

THEOLOGI

ORDINIS PREDICATORUM THOMISTARUM PRINCIPIS

DEFENSIONES THEOLOGIE

DIVINAE THEOLOGIAE DEFENSIO

DE NONO EDITIONE


CURA ET STUDIO

DR. CECILIA DURAN ET THOMAS DE COMPTON

EX SIDERE ORDINES

OLIM IN CONVENTO THEOLOGANO PROFESSORUM

TOMUS VII



TRANSLATI

SUMPTUIS ALBEDO GATTIERI BIBLIOPOLIE EDITORIS

SANCTI GREGORII MAGNI EQUITIS

M.DC.VIII

DISPUTATIONES

DISTINCTIO XLIII

Quæstio I

UTRUM, COUPUREM, VEL ANNULAMENTO, POSSIT PER
COENAM IDEM NUMERO REPARARI.

Conclusio 1^a : Nullum corruptum potest per accipit
naturale idem numerus reparari. — Scotus, An
reolus.

Conclusio 2^a : Per divinam potentiam res permanentes
si fuerint corruptae vel annulatae, potest eadem nu
mero reparari. — Durandus, Aureolus.

Conclusio 3^a : Nulla res successiva corrupta, vel anni
lata, potest quacunque potentia, eadem numero
reparari. — Aureolus, Durandus et alii⁶², Ber
nardus, Scotus.

Quæstio II

UTRUM RESURRECTIO OMNIVM MORTUORVM ERIP
IN EODEM INSTANTI.

Op. 129.

Conclusio 1^a : Resurreccio mortuorum non solum inde
tenetur, immo naturali ratione probabilius convin
citur. — Scotus.

Conclusio 2^a : Licet resurrectio sola divina virtute
perficiatur, tamen angeli cooperantur ad aliquid
præambulum resurrectioni. — Aureolus, Henricus.

Conclusio 3^a : In resurrectione erit aliquid quod fieri
in instanti, et aliquid quod fieri in tempore. — Du
randus.

(52) Haec est fabula, quam Thonius a Sancto Germano, in
editione anni 1483, quarto volumini premit⁶³.

(53) Et alii. — Om. Pr.

Conclusio 4^a : Omnes homines resurgent simul et in
eodem instanti. — Durandus.

DISTINCTIO XLIV

Quæstio I

UTRUM RESURRECTIONE ANIMA ET UMA HOMINI COMIT
SUSCIPIT EODAM MATERIA, VEL IN ALIIS NUMBERIS OFICIIA HABET.

Conclusio 1^a : Ad veritatem resurrectionis requiruntur
quod anima resumat idem corpus anterius quod prius
habuit.

Conclusio 2^a : Ad identitatem resurgentis requiruntur
quod habeat eadem materia et numero quam prius
fuerit.

Conclusio 3^a : Si anima Petri informaret corpus vel
materiam corporis Pauli, non esset idem Petrus in
qui prius. — Durandus, Johannes de Napoli.

Quæstio II

UTRUM CORPORA SANIFORMIA, POST RESURRECTIONEM
TENERENT IMITATIONEM.

Op. 129.

Conclusio 1^a : Corpora sanctiformia, post resurrectionem
diem, erunt possibilia, passione communiter dicta,
prout omnis receptio dicitur passio.

Conclusio 2^a : Corpora sanctiformia, post resurrectionem
non erunt possibilia, passione proprie dicta,
quae est motus præter naturam, vel affectio diuersus
disconveniens.

Conclusio 3^a : Talis impossibilitas proveniet ex pleno
dominio anime super corpus. — Scotus, Aureolus,
Durandus, Henricus.

(54) Petrus. — Petrus Pr.

(55) Paulus. — Paulus Pr.

Quæstio III

UTRUM CORPUS GLORIOSUM PER DOREM SUBTILITATIS POSSIT ESSE IN EODVM LOCO SIMIL. CVM ALIO CORPO.

p. 74.

Conclusio 1^a: Corpora beatorum erunt sahtilio propter plenam dominicam animae super corpus ut perfecte informat, et per aliquam formam eis inherenter, que dicitur deo subtilitatis. — Durandus (2).

Conclusio 2^a: Corpus gloriosum non habet ratione sue subtilitatis quod possit esse simul cum alio corpore in eodem loco localiter. — Quidam (3).

Conclusio 3^a: Divina virtute duo corpora possunt esse simul in eodem loco. — Durandus, Scotus, Qui-
dam alii.



Quæstio IV

UTRUM ANIMA SEPARATA POSSIT PATI AB IGNE CORPORE

op. 75.

Conclusio 1^a: Ignis inferni affliget corpora damnatorum, non tamen alterabit ea a sua naturali qualitate. — Durandus, Scotus, Aureolus, Henricus, Bernar-dus de Gammatot (4).

Conclusio 2^a: Anima separata potest pati et affligi ab igne corporeo (5). — Durandus, Henricus.

Conclusio 3^a: Privatio divine visionis est principialis pena damnatorum. — Aureolus.

DISTINCTIO XLV

Quæstio I

UTRUM SANCTI DEI SNC IN PVERIA CONOSCANT
ORATIONES NOSTRAS

p. 149.

Conclusio 1^a: Beati vident in Verbo orationes vocales eis directas. — Durandus.

Conclusio 2^a: Beati vident in Verbo devotiones mentales mortales qui eis officiantur, et cogitationes. — Durandus.

(1) *Quidam p[ro]p[ter]e*. — Ad. Pr.

(2) *Quidam*. — Om. Pr.

(3) A verbo *Durandus* usque ad *translato*, &c. Om. Pr.

(4) *Durandus*, *Scotus*, *Aureolus*, *Henricus*, *Bernardus*.

Item. — Ad. Pr.

DISTINCTIO XLVI

ET DUE SEQUENTES

Quæstio I

UTRUM CHRISTUS, IN GENERALI ET ULTIMO JUDICIO, JU-DICANS SECUNDUM FORMAM HUMANAM, SIT OSTENSUS REPROBUS FORMAM DIVINAM.

p. 122.

Conclusio 1^a: Christus, in ultimo judicio, judicabit non solum in natura humana, sed etiam secundum natu-ram humanam. — Scotus.

Conclusio 2^a: Christi divinitas, in judicio, a solis bonis videbitur. — Contra dicta in probatione, quod videns Deum necessario gaudeat, vel fruatur, arguit Scotus, Godofridus, Bernardus, Durandus.

Conclusio 3^a: In ultimo judicio, quilibet poterit legere in sua et aliena conscientia omnia merita et demerita propria et aliena. — Durandus (1).

Conclusio 4^a: Probabile est quod illud judicium, qua-
tum ad disceptationem et sententiam, fiat mentaliter, et non vocaliter. — Durandus.

DISTINCTIO XLIX

Quæstio I

UTRUM ULTIMA BEATITUDO, VEL FELICITAS HUMANAE
SIT ALIQUIS ACTUS AETERNUS

p. 135.

Conclusio 1^a: Felicitas humana est actus, et non habitus. — Scotus, Henricus, Aureolus.

Conclusio 2^a: Beatitudo, seu felicitas hominis, est actus aeternitatis mensuralis, vel vita aeterna. — Scotus.

Quæstio II

UTRUM BEATITUDO ULTIMA HOMINI CONSISTAT
IN PRESENTALITER IN ACTU INTELLEGIBUS

p. 135.

Conclusio 1^a: Ultima homini felicitas, vel beatitudo, non consistit essentialiter in aliquo actu voluntatis.

Scotus, Alii quos recitat Petrus de Palude, Alii quos recitat Durandus.

Conclusio 2^a: Ultima felicitas hominis consistit essen-tialiter in actu intellectus. — Scotus.

(1) *Durandus*. — Om. Pr.

Conclusio 3^a: Ultima felicitas hominis non consistit in operatione intellectus practici, sed speculativi.
Petrus de Palude.

Quæstio III

UTRUM OMNES HOMINES APPETANT BEATITUDINEM
(p. 103)

Conclusio 1^a: Quilibet creatura rationalis naturaliter suam beatitudinem appetit. — Scotus.

Conclusio 2^a: Beatitudo et ultimus finis a quolibet appetitur aliquali necessitate, scilicet quoad specificationem actus, non autem necessario quoad ejus exercitium. — Scotus, Alii recitati a Durando, Durandus, Alii ab Aureolo recitati, Attreolus contra rationes Sancti Doctoris.

Quæstio IV

UTRUM INTELLECTUS CREATUS EX SOLIS NATURALIBUS POSSIT PERTINERE AD VIDENDUM DEUM PER ESSENTIAM
(p. 106)

Conclusio 1^a: Impossibile est quod aliquis intellectus creatus per sua naturalia sola Dei essentiam videt. — Scotus, Durandus.

Conclusio 2^a: Intellectus creatus ad videndum Deum indiget adjutorio luminis glorie. — Scotus, Aureolus, Durandus.

Quæstio V

UTRUM ESSENIA DIVINA AB INTELLECTU CREATO PER ALIQUAM SIMILITUDINEM VIDEANTUR
(p. 112)

Conclusio 1^a: Divina essentia per nullum creatum similitudinem ipsum representantem videri potest. — Aureolus.

Conclusio 2^a: Ad videndum divinam essentiam requiritur quod ipsa divina essentia imitatur intellectui nostro ut intelligibilis forma.

Quæstio VI

UTRUM VIDENTES DEUM VIDEANT IN EO OMNIA QUE DEUS VIDET, VEL QUAE POSSUNT IN IPSO VIDERI
(p. 235)

Conclusio 1^a: Nullus intellectus creatus, videndo Dei essentiam, videt in ipsa omnia quae Deus facit vel facere potest. — Godofridus, Durandus, Aureolus.

Conclusio 2^a: Intellectus creatus, videns divinam essentiam, aliquo modo videt in ea omnia, et aliquo modo non. — Aureolus.

DISTINCTIO I.

Quæstio I

UTRUM ANIMA A CORPORE SEPARATA ALIQUITID COGNOSCAT VEL INTELLIGAT
(p. 250)

Conclusio 1^a: Anima separata potest naturaliter aliquid intelligere.

Conclusio 2^a: Anima separata nihil intelligit per species acceptas a rebus cognitis, aut abstractas ab eis post suam a corpore separationem, vel in statu talis separationis. — Scotus.

Conclusio 3^a: Anima separata quandoque intelligit per species quas recepit a rebus dum esset in corpore. — Scotus.

Conclusio 4^a: Anima separata quandoque intelligit per species in ipsa sui separatione a corpore sibi divinitus infusas. — Scotus.

Conclusio 5^a: Anima separata quandoque intelligit videndo substantias separatas, et in eis rerum species. — Scotus.

Quæstio II

UTRUM ANIMA HOMINIS SEPARATA POSSIT CORPORA MOVERE LOCALITER
(p. 279)

Conclusio 1^a: Anima separata, sua naturali virtute, non potest movere aliquod corpus. — Scotus, Aureolus.

Conclusio 2^a: Anima separata, virtute divinitus et supernaturaliter sibi collata, potest movere corpora localiter.

JOANNIS CAPPEOLI

THOLOSANI, ORDINIS PREDICATORUM

THOMISTARUM PRINCIPIS

DEFENSIONES THEOLOGICAE IN VITA THOMAE AQUINATIS
IN QUARTO SENTENTIARUM

LIBRI QUARTI

DISTINCTIO XLIII.

QUESTIO I.

UTRUM CORRUPTUM, VEL ANNIHILATUM, PER DEI POTENTIAM POSSIT IDEM NUMERO REPARARI

 Circa quadragesimam tertiam distinctionem, et quasdam sequentes, queritur: Utrum corruptum, vel annihilatum, per Dei potentiam possit idem numero reparari.

Et arguitur quod non. Quia dicit Philosophus in 2. de Generatione (t. c. 70), quod ea quorum substantia corrumpitur, non referantur eadem numero. Sed eorum que in nihilum rediguntur, substantia corrumpitur. Ergo eadem numero iterari non possunt.

In oppositum arguitur. Quia dicit Augustinus, 22. de Civitate Dei (cap. 20): *Si earo humana omnibus periisset modis, nec illi ejus materies in ulla naturae latibris remansisset, unde collat, eam repararet Omnipotens.* Sed, si nulla materia remanet de re corrupta, qualis corrumpitur in nihilum redigitur. Ergo Deus id quod in nihilum est redactum, potest idem numero reparare.

In hac questione erunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, recitatuntur objectiones. In tertio, ponentur solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio: Quod nullum corruptum potest per agens naturale idem numero reparari.

Secunda est quod per divinam potentiam res permanens, si fuerit corrupta, vel annihilata, potest eadem numero reparari.

Tertia est quod nulla res successiva corrupta, vel annihilata, potest quacunque potentia eadem numero reparari.

Has tres conclusiones ponit i sanctus Thomas, quarto *Quodlibeto*, art. 5, ubi sic dicit: « In his quae in nihilum redigi possunt, est quedam differentia attendenda. Quedam enim sunt, quorum unitas in sui ratione habet durationis continuatatem; sicut patet in motu et tempore. Et ideo interrupcio talium estiam directe contrariatur unitati eorum secundum numerum. Ea vero quae contradictionem implicant, non continentur sub numero Deo possibilius; quia deficient a ratione entis. Et ideo, si huiusmodi in nihilum redigantur, Deus ea non potest eadem numero reparare: hoc enim esset facere contradictionia simul esse vera; puta si motus interrupitus esset unus. Alia vero sunt, quorun-

unitas non habet in sui ratione continuatatem durationis, sicut unitas rerum permanentium, nisi per accidens, in quantum esse eorum est subjectum motu; sic enim et mensurantur hujusmodi tempore, et eorum esse est unum et continuum, secundum unitatem et continuatatem temporis. Et quia naturale agens non potest illa producere sine motu, inde est quod agens naturale non potest hujusmodi reparare eadem secundum numerum, si in nihilum redacta fuerint, vel secundum substantiam corrupta. Sed Deus potest hujusmodi reparare sine motu, quia in ejus potestate est quod producat effectus sine causis mediis; et ideo potest eadem numero reparare, etiamsi in nihilum elapsa fuerint. » — Haec ille.

Item, ibidem, in solutione tertii, sic dicit: « Per hoc quod aliquid reducitur in nihilum, interrupitur continuatio essendi, quae pertinet ad unitatem motus et eorum quae consequuntur ad motum. » — Haec ille.

Ex quibus possunt formari rationes pro qualibet trium conclusionum. — Pro prima arguitur sic: Alietas motus et mutationis infert alienationi eorum quae per motum aut mutationem producuntur. Sed quod bis producitur per agens naturale, duplice motu vel mutatione producitur. Ergo non est idem numero, sed specie. — Pro secunda arguitur sic: Omne non implicans contradictionem est Deo possibile. Sed permanens corruptum, vel annihilatum, idem numero reparari sine motu et mutatione, nullam implicat contradictionem. Ergo, etc. — Pro tertia arguitur sic: Nullum implicans contradictionem est Deo possibile. Sed successivum annihilatum, vel corruptum, idem numero reparari, claudit contradictionem. Ergo, etc.

De secunda conclusione tamen aliter videtur sensisse, 4. *Sentent.*, dist. 44, q. 1, art. 4, q^{ta} 2, ubi arguit sic, tertio loco: « Unus homo non est, si est plura animalia. Ergo, si non est idem animal, non est unus homo numero. Sed ubi non est idem sensus, non est idem animal: quia animal diffinitur per sensum primum, qui est tactus, ut patet, 2. *de Anima* (t. c. 17; et 3, t. c. 63). Sensus autem, cum non maneat in anima separata, ut quidam dicunt, non possunt idem (z) numero resumiri. Ergo in resurrectione non erit homo resurgens idem animal numero. Ergo nec idem homo. » Ecce argumentum. Sequitur responsio: « Dicendum quod ratio illa optime concludit contra illos qui ponunt animam sensibilem et rationalem diversas esse in homine: quia, secundum hoc, anima sensitiva in homine non esset incorruptibilis, sicut nec in aliis animalibus; unde in resurrectione non esset eadam anima sensitiva, et, per consequens, nec idem animal, nec idem homo. Si autem ponamus quod eadem anima

(z) idem. — eadem Pr.

secundum substantiam in hominē sit rationalis et sensibilis, nullas in hoc angustias patiemur. Quia animal diffinitur per sensum qui est anima sensitiva, sicut per formam essentialē; per sensum autem qui est potentia sensitiva, cognoscitur ejus diffinitio sicut per formam accidentālem, quae maximam partem confert ad cognoscendum quod quid est, ut in 1. *de Anima* (t. c. 14) dicitur. Post mortem ergo manet anima sensibilis, sicut et anima rationalis, eadem secundum substantiam. Sed potentiae sensitivae, secundum quosdam, non manent. Quae quidem potentiae, cum sint accidentales proprietates, earum varietates identitatem totius animalis auferre non possunt, nec etiam partium animalis: non enim dicuntur potentiae perfectiones vel actus organorum, nisi sint principia agendi, ut calor in igne. » — Haec ille. — Similia dicit, 4. *Contra Gentiles*, cap. 80 et 81. — Ex quibus videtur velle quod accidentia, et formae substantiales, quarum esse per corruptionem vel annihilationem est interruptum, non possunt eadem numero quacunque virtute reparari.

Et in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

REGITANTUR OBJECTIONES

§ 1. — CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

I. Argumenta Scotti. — Quantum ad secundum articulum, argendum est contra conclusiones. Et quidem contra primam arguit Scotus (*4. Sentent.*, dist. 43, q. 3), probando quod per agens naturale aliquid destructum possit idem numero reparari.

Primo per illud 8. *Metaphysicae* (t. c. 11 et 12): Si agens idem, et materia eadem, effectus erit idem; quia non assignat diversitatem effectus possibilem, nisi propter diversitatem efficientis, vel materiae. Sed (z) possibile est idem esse efficiens, et eamdem materiam, respectu secundo producti. Ergo possibile est secundo productum esse idem cum primo producto. Minor probatur. Quia, etsi frequenter in corruptione fiat dispersio vel divisio materiae, tamen oppositum est in multis casibus: puta quod includatur ignis intra urinale, et ibi corrumpatur in aeren, deinde ex isto aere generetur ignis per reflexionem radiorum solarium, tunc materia inclusa erit eadem. Consimiliter est si ex solido generetur solidum, ubi precise forma geniti potest sequi formam corrupti (6), sequitur quod qua ratione tota materia proficit sub forma corrupti, pari ratione eadem tota erit sub forma generandi.

(z) *Sed.* — *Et Pr.*

(6) *ubi precise forma geniti potest sequi formam corrupti.* — *nisi precise forma corrupti Pr.*

Dicitur forte, quod illud dictum Philosophi debet intelligi cum hac conditione, secundum ipsum, 5. *Physicorum* (t. c. 41), quod non est tantummodo variatio (α) formae propter alienatatem subjecti vel materiae, sed etiam temporis. — Vel forte aliter dicitur, quod Aristoteles, licet asserat quod si agens sit aliud, et materia alia, effectus est aliis (β), non tamen, ex opposito antecedentis, si agens idem, et materia eadem, sequitur quod effectus sit idem; unde, in fine, concludendo, ait: *Si ergo idem contingit ex materia (γ) facere, palam quia principium, quod est ut morens, idem: nam et si materia altera, et morens, et quod perfectum est.* Supple, cum morens aliud, quod factum est erit aliud.

Sed contra primam responsionem arguitur. Quia, si agens agat nunc in A instanti usque ad instanti B, causabit idem. Ergo, si causet in A, et in tempore intermedio inter A et B destruetur illud causatum, et iterum agat in instanti B, causabit illud idem. Tinet consequentia ex hoc quod continuitas temporis intermedii nihil facit ad identitatem permanentis, quia habet esse idem (δ) in illo tempore et in terminis illius temporis (ϵ). Si non es assumptum, quia in B instanti non potest causa secunda a causa universalis, puta *credo*, habere eundem influentiam quam habuit in instanti A, et ideo non poterit tunc causare idem: — contra hoc arguitur dupliciter.

Primo. Quia similis influentia sufficit ad identitatem effectus. Si enim in instanti A esset aliud agens approximatum passo, produceretur idem in numero quod illud agens probabit; et tamen influentia non esset eadem cum influentia istius, sed tantummodo similis. Nunc autem in alio instanti, puta B, erit influentia similis quae fuit in instanti A.

Secondo. Quia ista influentia non est aliquid absoluutum receptum in causa inferiori; sed est tantummodo ordo in causando ad causam superiorem, continua, quantum est de se, congenitam. Ergo non erit alia influentia, sicut nec aliud ordo cause superioris ad inferiorem. Igitur.

Tertio. Quia aut simpliciter est impossibile idem

numero bis produci; et tunc sequitur quod Deus hoc non poterit.

Aut non simpliciter est impossibile; et tunc sequitur quod in causalitate eorum in quibus

fuit prius istud possibile, et nunc erit. Sed prius fuit in causalitate rerum naturalium. Ergo et nunc erit.

Quarto. Quia, si ubi est continua actio agentis naturalis respectu producti, sicut est in sole respectu radii, si pro primo instanti produceret radius, et in tempore habito conservaret, in ultimo instanti,

puta B, erit idem radius; cum non dependeat illa identitas radii in secundo instanti ab existentia ejus in tempore intermedio; quia sine illa existentia posset idem numero esse productum in eodem instanti. Ergo sequitur quod, esse in illo intermedio destructo, posset esse idem in utroque extremo.

Quinto. Quia potentia ad formam semel productam adhuc remansit in materia, destrueta illa forma, vel quocunquie modo cessante. Ergo, post corruptionem illius formae, iterum potest produci eadem forma in numero per agens naturale. Assumptum probatur: quia, si Deus reduceret eandem formam (quod non negatur sibi possibile), illa ficeret per se unum cum materia, sicut prius; ergo in materia erat potentia respectu ejus eadem que prius. Consequentia vero probatur: quia nihil est in potentia materiae, quod non possit reduci in actum per agens naturale.

Sexto (γ). Quia negatio illa que succedit corruptioni rei, est ejusdem rationis cum negatione que precedit rei productionem. Sed illa negatio que praecedit generationem rei, non impedit ejus productionem. Ergo nec illa que sequitur impedit quin eadem res producatur.

Septimo. Quia, variatio posteriori, non oportet variari prius. Sed unitas rei prior est quam ejus permanentia, et permanentia posterior est unitate rei. Ergo variatio in permanentia, seu in continuatione durationis, que est per medium corruptionem inter generationem rei et ejus reparationem, non impedit ejus unitatem.

Octavo. Arguit quod probatio conclusionis non valeat, que consistit in hoc, scilicet quod, si actio vel motus non possit reparari idem numero, quod nec terminatus motus vel actionis. Et hoc tripliciter. *Primo*, quia duo motus differentes secundum speciem, ut motus rectus et circularis, possunt esse ad eundem terminum vel locum numero, ut patet, 7. *Physicorum* (t. c. 21, ele.). *Secondo*, quia Augustinus, 3. de *Trinitate* (cap. 9), dicit quod generatio univoca et equivoqua possunt ad idem terminari; aliae enim sunt, que possunt generari ex partitione, et nihilominus ex propagatione. *Tertio*, quia, in proposito, resurrectio et naturalis propagatione ad idem terminantur numero; et tamen sunt diversae actiones, secundum speciem differentes; et ideo non sequitur, si mutatio vel actio non est una, quod ideo non sit forma una, vel idem terminus.

Nono. Quia auctoritas Philosophi, 2. de *Generatione* (t. c. 70), ad oppositum allegata, non concludit propositum: quia intentio Philosophi est quod ea quorum substantia non deperit, redeunt eadem numero (sicut sol est idem numero in qualibet cir-

(α) *variatio.* — *numeratio* Pr.

(β) *effectus est aliis.* — Om. Pr.

(γ) *idem.* — Ad. Pr.

(δ) *quia habet esse idem.* — *quod habet* Pr.

(ϵ) *illus temporis.* — Om. Pr.

(α) Hoc argumentum, et tria sequentia, Auctor reserf juxta formam quam habent apud Petrum de Palude, dist. 43, q. 2.

culatione); sed ea quorum substantia deperit, non est necesse eadem numero redire; sed non intendit quod non sit possibile. — Hoc Scotus.

II. Argumentum Aureoli. — Contra eandem conclusionem arguit Aureolus (dist. 43, q. 1, art. 4), dubitative inquirendo. Quia non appareat ratio quare non possit per agens naturale idem numero redire, nisi propter diversitatem temporis precedentis et sequentis. Sed hoc non valet. Quia identitas temporis non requiritur ad identitatem effectus. Quia, si sic, sequentur multa inconvenientia. *Primum* est, quia capio ignem et stupam; tunc in illo instanti possum applicare ignem ad stupam. Pono quod non applicem pro illo instanti, sed pro alio. Aut ergo erit idem ignis generatus in stupa, qui fuisset, si in illo instanti applicatus fuisset; aut non: *Sic*, ergo varietas temporis nihil facit ad varietatem effectus. Si non, hoc videtur manifeste inconveniens, quod ille ignis nunquam potuisset produci ab aliquo igne, nisi in illo instanti. *Secundum* est, quia pono quod ignis calefaciat aliquod calefactibile usque ad certum gradum, et tunc cesseret caleficere. Pono quod post modicam horam incipiat iterum caleficere illud idem. Hoc posito, manifeste patet quod eadem numero intensione intendit nunc istum calorem illius calefactibilis, quo intendisset, si prima calefatio non cessasset. Ergo identitas temporis nihil facit ad propositionem. — Hec Aureolus, in forma.

§ 2. — CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

I. Argumenta Durandi. — Contra secundam conclusionem arguit Durandus (dist. 43, q. 3) in hunc modum, dicens quod, salva reverentia potentiae divinae, cui subest omne possibile, videtur quod nullum permanens corruptum, vel annihilatum, potest idem numero reparari. Quod potest multipliciter probari.

Primo sic. Non plus potest Deus nunc agens per voluntatem, quam si ageret ex necessitate naturae. Sed, si Deus ageret ex necessitate naturae, non posset eamdem rem numero corruptam reparare. Ergo nec agens per voluntatem. Major patet: quia posse respicit potentiam; eamdem autem potentiam supponimus in Deo, si ageret ex necessitate naturae, quam habet agens per voluntatem: voluntas infinita non addit nec auget potentiam. Tunc, quidquid potest, per solam potentiam potest (z); sed per voluntatem habet quod potentia secundum formam voluntatis exeat in actu; unde per voluntatem non habet nisi libertatem intendi potentiam, quam non haberet, si ageret ex necessitate naturae; unde pliologopii qui posuerunt Deum agere ex necessitate naturae, posuerunt in eo tantam potentiam quantum

nos potimus, scilicet infinitam. Minor declaratur: quia, si Deus ageret ex necessitate naturae, licet ageret per potentiam infinitam, ageret tamen modo aliorum agentium naturalium; propter quod, licet posset producere perfectiorem effectum quam alia, non posset tamen corruptum reparare sicut nec alia. Confirmatur: quia Pater in divinis generat Filium ex necessitate naturae; et ab omnibus conceditur quod, si divina generatio interrumpetur et iteratur, quod esset alia generatio, et alius Filius; et si hoc esset in Deo respectu divinorum, fortiori ratione esset in eo respectu creaturarum.

Secunda ratio talis est: Agens naturale non potest reparare idem secundum numerum. Ergo nec Deus. Antecedens supponitur. Probatur consequentia. Quia, si agens naturale non posset reparare idem secundum numerum, et Deus possit, hoc erit vel propter differentiam virtutis agentis, vel propter differentem modum agendi (ex parte enim termini non potest esse differentia, cum ponatur idem terminus respectu utriusque agentis et actionis). Non propter differentem modum agendi, utpote quia Deus agit sine motu et mutatione, natura vero non: quia in reparacione rei quoad formam corruptam, a quocumque fiat, est vera mutatio (quia subjectum se habeat aliter nunc quam prius, scilicet materia recipiens formam, qua (z) prius fuit spoliata); unde, si, Iuncte corrupto, Deus repararet ipsum, esset vera mutatio, sicut si sol repararet (z) illud. Item, quod aliquid rei remaneat idem numero, magis videtur facere ad hoc (y) quod illud cuius erat pars possit idem numero redire, quam si nihil remaneret (quia plus est reparare utramque partem quam alteram tantum); sed, in motu et mutatione, aliquid rei corruptum remanet, scilicet materia, vel subjectum: in annihilatione autem angeli, nihil remanet: ergo facilius videtur quod res corrupta reparetur per motum et mutationem, quam res annihilata per creationem vel recreationem; ergo modus agendi per motum et mutationem non impedit agens naturale plus quam divinum quin possit idem numero reparare. — Atque, nec propter differentem virtutem agentis. Ut ipso quia Deus agit infinita virtute, agens vero naturale finita: quia effectus finitus, qui secundum speciem suam potest produci et producitur a virtute finita, minime exigit infinitatem virtutis: in causa sua, nisi propter modum quo producitur epita si producatur per creationem, vel alio modo qui creatura non competit; sed omnis forma naturalis in rebus generalibus et corruptilibus, excepta anima rationali, est quidam effectus finitus, qui secundum speciem suam potest produci et producitur a virtute finita: ergo minime requirit in

(x) *potest.* — *Dic.* Pr.

(y) *reparare.* — *reparat* Pr.

(z) *ad hoc.* — *Omn.* Pr.

produceente virtutem infinitam, nisi producatur per creationem, vel tali modo qui creature non competit; sed ejus productio in secunda productione, etiam si fiat a Deo, est per verum numerationem, sicut si fieret a creatura, ut statim dictum est; ergo reparatio rei corruptae non necessario requirit virtutem infinitam. Differentia ergo virtutis infinitae in agente non potest esse causa quare Deus posset reparare idem numero, non autem natura. — Quod ergo est in causa quare natura non possit, absque dubio videtur esse illud quod tangit Philosophus, *2. de Generatione* (t. c. 56), scilicet quod *idem manens idem, semper natum est facere idem*. Ad hoc autem quod agens facit idem numero, oportet quod maneat idem in se quoad virtutem, et idem in habitudine ad passum vel productum quoad actionem. Cum autem actio naturae interrumpatur, non maneat eadem habitudo agentis ad passum vel productum; nec eadem habitudo reparari potest. Et ideo non potest reparari idem productum secundum numerum. Istud etiam invenitur in Deo, per comparationem ad ea quorum substantia deperit in toto vel in parte; quia actio Dei in creaturam interrumpitur; et ideo non maneat eadem habitudo Dei agentis ad creaturam pro prima rei productione et ejus reparazione. Et hinc ratio communis est ad ea quae sunt successiva et permanentia.

Tertia ratio talis est: Quod idem locus acquiritur pluribus motibus localibus. Sed eadem forma secundum numerum, vel secundum numerum, non acquiritur pluribus actionibus. Et causa est: quia totus non terminatur ad locum ut sit, sed ut mobile sit in loco; et ideo non oportet locum variari naturaliter; sed formam oportet variari, variata et actionem per quam forma acquiritur. Ex hoc potest sic argui: Si eadem forma numero sit in materia pluribus actionibus, oportet quod utrumque actio, vel saltem altera, terminetur ad formam, non ut sit simpliciter, sed ut sit in materia vel in subjecto; et, propter hoc, ad eandem formam terminatur generatio hominis et ejus resurrectio, quia vel utrumque actio, vel subiecto altera, terminatur ad animam, non ut simpliciter sit, sed ut sit in materia. Sed in his quorum substantia deperit, utrumque actio, scilicet productionis et reparacionis, terminatur ad formam ut sit, et non solum ut sit in hoc, scilicet materia vel subjecto. Ergo impossibile est quod hoc duae actiones terminentur ad eandem formam.

Quarta ratio talis est: Quia, si Deus crearet angelum, et postea annihilareret, et deinde repararet, verum esset dicere quod angelus bis fuit realiter; et non numeratione agentis, puta Dei, qui unus est, nec eniunctumque extrinsecum ab angelis ipsa, et Deus nihil fecisset nisi angelum quem annihilaratum postea

reparasset, adhuc esset verum dicere quod angelus bis fuisset; quod non posset verificari, nisi numeratione angeli, vel durationis ejus, quod idem est.

Quinta ratio talis est: Quia eamdem formam, puta lumen, idei numero reparari, aut est possibile simpliciter, aut impossibile simpliciter. Si sit possibile, ergo erit possibile virtute naturae. Probatur: Quia quoniamque aliquis effectus est simpliciter possibilis, et causa est aequa potens nunc et prius, ex tali causa potest idem effectus producimus ut prius. Si ergo reparatio ejusdem luminis est effectus simpliciter possibilis, ergo causa naturalis, que primo facit, et, eo corrupto, manet aequa potens ut prius, posset illum modum essendi secundum numerum reparare. Hoc autem est falsum. Kelinguitur ergo quod reparatio ejusdem luminis secundum numerum est simpliciter impossibilis. Talis autem effectus subterfugit omnem causam. Ergo per nullam virtutem potest idem lumen secundum numerum reparari.

Sexta ratio est: Quia multiplicatio eo a quo per se et totaliter vel essentialiter dependet effectus, multiplicabitur effectus. Sed productum illo modo dependet a productione. Ergo impossibile est esse unum productum et duas productiones.

Septima. Quin hoc expresse dicit Frater Thomas⁽²⁾, *3. Sententia*, dist. 44, q. 1, art. 1, q^{ta} 2, in solutione tertii argumenti, quod fuit tali: « *Uris homo non est plura animalia, etc.* » Ad quod respondeat quod et illa ratio concludit optimè, etc., et ut prius recitatum est⁽³⁾. Ex quibus clara patet quod intentio ejus est quod ea quorum substantia in aliquo deperit, non possunt secundum numerum reparari. Hoc idem dicit in eodem *Quarto*, dist. 12, q. 1, art. 2, q^{ta} 4, in corpore solutionis. Et in ultima parte, q. 77, art. 5, idem per omnia dicit. Hinc autem pars fuit ejus opus ultimum et finale, ut patet ex ejus incomplectione. Hic Duranthus.

II. Argumenta Aureoli. — Contra eamdem (7) arguit Aureolus (dist. 13, q. 1, art. 2), probando quod corruptum redire idem numero, aliquo modo implicet contradictionem.

Primo. Quia illud, quo apprehenso, omnibus aliis stantibus eisdem, intellectus necessario ponit diversitatem numeralem circa illud, impossibile est quod, illostante, sit numeralis unitas: si enim illud posset stare cum identitate numerali, intellectus concepiens illud, non necessario poneret circa illud diversitatem numeralem; ergo, si, apprehenso aliquo, omnibus aliis stantibus eisdem, intellectus necessario ponit diversitatem numeralem, videtur impossibile quod, illostante, sit identitas numer-

(2) *ut dicit.* Ad Pr.

(3) Cf. art. preced.

(7) *Contra eamdem* Octavo Pr.

lis. Sed, apprehenso hoc quod aliquid fuit corruptum et rediit, omnibus aliisstantibus paribus, intellectus necessario ponit circa illud diversitatem numeralem. Ergo (2), stante hoc quod aliquid sit corruptum et postea redierit, impossibile est quod illud sit idem numero. Major patet: quia, si intellectus cogitur estimare et ponere diversitatem numeralem, necessario oportet quod hoc sit ex natura terminorum sic occurrentium intellectui, qui statim apprehendit talēm diversitatem sine discursu. Minor probatur. Accipio enim eundem motorem numero, idem cōlūm mobile; eamdem terrām circa quam moveatur. Volo quod omnia ista sint eadem hodie et cras. Postea considero revolutiones cōlī ab oriente in occidens, et econtra, que sunt hodie; et ulterius considero revolutiones que erunt cras. Quero: utrum istie ubietates et revolutiones vel circulationes sint eadem hodie et cras, seu hodie et heri, aut non? Si non, habetur propositum. Si vero intellectus considerat istas esse easdem hodie et cras, — Contra. Quia tunc non conciperet plures motus nec hodie et cras; nec duos dies: quia per diversas revolutiones sunt alii et alii dies; ergo, intellectu apprehendente diem hodiernam et crastinam, essent dies unus. Ergo intellectus non habet unde numeret istas ubietates ex numeratione cōlī, vel motoris, vel terrae circa quam movetur; quia ista manent hodie et cras eadem numero. Ergo hoc habet ex natura interruptionis: quia, ex ipso quo revolutio et dies concipiuntur interrupta, concipiuntur ut numerata. — Similiter, sol movetur ab oriente, et fit aer lucidus; et, occidente (6) sole, cessat aer esse lucidus; et post, sole redeunte, iterum fit lucidus. Patet quod intellectus non apprehendit primam lucem et secundam esse eamdem; et tamen manet idem sol et idem aer. Unde ergo? Certe non nisi quia intellectus apprehendit lucem corruptam, et post redeuentem, interruptam; et ex hoc necessario numerat ipsam, omnibus aliisstantibus eiusdem. — Similiter idem patet de lumine candele: plures absconsae et discooperatae, quod intellectus necessario numerat, hoc solo comprehenso quod lumen interruptum et redit.

Secundo. Arguit sic: Quia sicut se habet quantitas permanens ad suum dimensionatum, sic quantitas successiva ad suum quantum (7). Sed, si interrumpatur quantitas permanens, necessario numeratur suum quantum, nec manet idem numero: sicut lignum ante divisionem erat unum numero, et post divisionem est plura: Ergo sic erit de quantitate successiva, quod illud quod est quantum successivum, cuius est ipsum durans, si interrumpatur, necessario credit in alietatem numeralem. Sed

esse, vivere, calere, et quaecumque (8) significantur per verba, sunt quedam durabiliā et mensurata tempore. Ergo impossibile est quod, si sint interrupta secundum tempus, sint eadem numero.

Confirmatur. Quia sicut se habet motus ad suam durationem, ita quies ad suam permanentiam; quia tempus mensurat omnia ista. Sed, interrupta duratione, motus non potest concipi idem qui prius; quia non est idem tempus. Ergo ita est de quiete et permanentia.

Tertio. Arguit sic: Quia, interrupto intellectu alienjus, interrumpitur et ipsum, et, illo non redeunte, non redit; oppositum enim implicat contradictionem. Sed de intellectu uniusenjusque esse et actus est duratio et tempus; quia talia significata per modum verbi non possunt intelligi sine tempore et duratione. Sed idem tempus, et eadem duratio, nullo modo potest redire eadem numero, si interrumpatur. Ergo nec esse aut quicunque alias actus talis. Minor probatur. Primo, quod (6) esse, et ea que significantur per verba, includunt in suo intellectu ipsum tempus, (7) patet per Commentatorem, 4. *Physicorum*, (com. 97), qui dicit quod formalis ratio motus, inquantum est passio, est quod sit mutatio conjuncta temporis; et subdit quod verba sunt imposita formis fluentibus; fluxus autem intelligenti non potest sine tempore. Sed probatur minor quoad aliam partem, scilicet quod non possit idem tempus aut idem motus redire idem numero: quia impossibile est motum seu tempus corruptum et rediens continuari; alias tempus rediens non fuisset interruptum, nec corruptum illud quod rediit.

Confirmatur. Quia ratio quare aliqui imaginantur quod corruptum possit idem numero redire, est quia capitunt quod tempus non sit de essentia et intellectu rei: est tamen de omni intellectu quod res exprimitur per verbum.

Confirmatur. Quia impossibile est quod aliquis bis vivat nisi duplice *vivere*. Sed qui prius fuit mortuus, et postea revixit, bis vixit. Ergo oportet quod sit duplex *vivere*. Ergo duplex esse. Major patet per simile: quia impossibile est aliquid bis moveri uno motu; ergo impossibile est aliquid bis vivere nisi per duplex *vivere*.

Quarto arguit. Quia, variata causa, variatur effectus. Sed causa identitatis in forma corrupta et redeunte est identitas materiae et agentis secundum actuū. Ipsius autem corrupti, licet sit eadem materia, non tamen est idem agens formaliter et in actu: agens enim formaliter et in actu est per actionem et formalē productionem; sed productio et actio non est eadem quae credit post interruptionem; ergo nec

(2) *impossibile est quod.* — Ad. Pr.

(6) *occidente.* — ascende. Pr.

(7) *quantum.* — Om. Pr.

(8) *vivere, calere, et quaecumque.* — *temporale, inquantum* Pr.

(6) *quod.* — *quia* Pr.

(7) *ut.* — Ad. Pr.

agens in actu; quod requiritur ad identitatem numeralem.

Confirmatur. Quia sicut actio specificatur ex termino et forma, sic numeratur ex ipso. Si ergo non possit redire eadem actio, nec eadem forma.

§ 3. — CONTRA TERTIAM CONCLUSIONEM

I. Argumenta Aureoli. — Contra tertiam conclusionem arguit Aureolus (dist. 43, q. 1, art. 5), probando quod omnem rem successivam corruptam, praeter tempus, potest Deus eamdem numero reparare, sive illa sit motus, sive actio, sive relatio.

Primo sic. Deus potest facere quidquid facere non est non facere, et quod factum non implicat contradictionem. Sed si Deus faciat aliquid, quidquid sit, sive permanens, sive successivum, quod fuit sub prioritate, esse sub posterioritate, nulla est contradictione. Quia contradictione est affirmatio et negatio ejusdem de eodem. Sed in proposito non sequitur affirmatio et negatio ejusdem predicationis de eodem subjecto. Si enim dicatur quod subjectum prioritatis et posterioritatis est idem numero, non negatur idem de eodem: quia subjectum prioritatis vel posterioritatis non est ipsa prioritas vel posterioritas. Si enim substratum prioritatis et posterioritatis esset idem quod prioritas et posterioritas, contradictione esset quod Deus repararet aliquid corruptum prius; quia tunc faceret quod prioritas esset posterioritas.

Secundo. Quia Deus potest facere contra repugnantiam intellectum, ubi non potest inferri contradictione primi modi. Licit ergo repugnet intellectui (2) ligare quod idem numero reparetur (cujus ratio est: quia duratio est de cointellectu rei; ideo, variata duratione (6), intellectus variat necessario ipsum durans; propter quod communiter dicitur quod res permanens non mensuratur tempore), licet, inquam, hoc repugnet intellectui ligare, quia tamen potest arguere quod ibi non est contradictione (quia predicatum affirmatum et negatum non dicitur de eodem, quia non est idem res durans et sua duratio, sive res prior et sua prioritas), ergo, etc. — Hac Aureolus.

II. Alia argumenta. — Contra eamdem conclusionem arguitur ab aliis. Quia nulla ratio adducta pro illa conclusione, sive a sancto Thoma, sive a Godofrido in secundo *Quodlibeto*, q. 2, sive ab Henrico, septimo *Quodlibeto*, q. 16, sive ab ipso Durando, officiaceiter concludit propositionem (7). Quod patet discurrendo per singulas rationes eorum.

(2) repugnet intellectui. — repugnat intellectum. Pr.
(6) duratione. — duratio Pr.

(7) In codice operum Godofridi, qui servatur in Bibl. Vatic. (Lat. vat. 1031), haec argumenta reperiuntur *Quodlib.* 6, q. 2.

Godofridus namque arguit sic, *primo loco*, pro illa conclusione: Quia ponere unitatem cum interruptione essendi in illis de quorum unitatis ratione est continuatio, implicat contradictionem: quia ponendo continuationem essendi, negatur interruptione, et ponendo interruptionem, negatur continuationem; et sic, ponendo unitatem in talibus cum interruptione, est implicare contradictionem. Sed omnia successiva, sicut motus et tempus, includunt in ratione sue unitatem continuationem essendi: quia eorum unitas est eorum continuitas. Ergo ponere unitatem in talibus cum interruptione, est ponere contradictionem; quod ponit qui dicit eundem motum qui fuit reparari, quia discontinuatus est. — *Secondi ratio* ejusdem talis est: Quia qui ponit ea esse simul, de quorum ratione est non esse simul, contradictionem implicat. Sed de ratione prioris et posterioris in motu et tempore est non esse simul. Ergo qui ponit ea esse simul, implicat contradictionem. Sed qui ponit partem motus vel temporis praeteritam eamdem numero reparari, non solum ponit prius et posterius esse simul, sed etiam esse idem: quia praeteritum prius, et postea reparatum; et sic (2) sequitur quod prius et posterius sunt idem, et per consequens simul. — *Tertia sui ratio* est ita: Quia populatur quod mobile moveatur ab A in C per B. Si ergo eadem pars numero motus que processit, potest postea reparari, sequitur quod pars motus que fuit ab A in B, possit reparari postea, dum mobile moveatur a B in C (6). Sed hoc implicat contradictionem, quia sequeretur quod idem mobile moveretur simul pluribus motibus differentiis solo numero, et quod eodem tempore moveretur ab A ad B et a B. Ergo eamdem partem motus numero, que processit, posse reparari, implicat contradictionem. — Haec sunt rationes Godofridi, quae videntur esse eamdem cum probatione sancti Thomae pro tercia conclusione inducere, et cum probatione Henrici, septimo *Quodlibeto*, q. 16.

Predicatio tamen rationes non videntur valere. Non quidem *prima*. Unde ad illam respondet Durandus (dist. 33, q. 34), dicens quod, « quidquid sit de conclusione, ratio tamen prima videtur solubilis. Cum enim dicitur quod successivum ad sui unitatem numeralem requirit continuatatem, eo quod sua unitas est sua continuitas, — dicendum quod continuitas quae requiritur ad unitatem motus, non est continuitas ejus cum alio motu, quia sine hac qualibet motus est unus in se; nec est continuitas ejusdem motus ad seipsum, quia idem non continuatur sibiipsi; sed est continuitas partium continentium eundem motum. Sola ergo interruptio huic continuatati contraria, solvit unitatem motus. Nunc autem ita est, quod interruptio que esset inter pri-

(2) et sic. Om. Pr.

(6) a B in C. — ab A, B, in C Pr.

mum motum et ejus reparationem, non solveret illam continuatatem, nec esset ei contraria. Ponimus enim quod sicut prima vice partes motus fuerunt continuatae, ita et in ejus reparacione. Interruptio ergo que poseretur, solum argueret quod motus primo existens, et postea reparatus, non essent duo motus continuati, constituentes per suam continuationem unum tertium motum; sed non argueret quin esset idem motus primo existens, et postea reparatus. — Quod autem plus assumitur, quod motus requirit ad sui unitatem continuatatem essendi, — dicendum quod continuitas essendi quam requirit motus, non est quod sit continua et semper (aliquin nunquam terminaretur); sed est quod continua duret, quando est. Et (2) hoc potest ponи, dato quod motus corruptus idem numero repararetur: quia, tam prima vice quam secunda, ponitur quod ejus duratio esset continua; successione suarum partium continua. » — Hoc Durandus. — Similiter secunda ratio non videtur valere: quia, ut patet per dicta Aureoli, contra tertiam conclusionem recitata, nulla contradictione est quod illud quod fuit subjectum prioritatis, postea sit subjectum posterioritatis. — Tertia denique ratio non videtur valere. Immo, sicut dicit Durandus (*ibid.*), « illa ratio clare deficit. Quia, cum dicitur quod, si Deus posset reparare eundem motum secundum numerum, tunc prima pars motus, qua transitus ab A in B, posset reparari. ~~ad~~ Aliud durat secunda pars, qua transitus a B in C; — dicendum (3) quod hoc non est verum. Quod etsi patet in permanentibus. Si enim ponamus quod Deus posset reparare albedinem corruptam in aliquo, cui successisset nigredo opposita, vel alia albedo numero differentia prima; tamen non dicemus quod Deus posset reparare eandem albedinem, stante nigredine in eodem subiecto, vel alia albedine numero differentia; non enim possunt opposita esse in eodem simul subiecto, nec duo accidentia solo numero differentia. Similiter, in proposito, prima pars motus non potest reparari, manente secunda. Sed nullum argumentum est: *Non potest hoc modo reparari; ergo nullo modo.* Immo est fallacia consequentis, procedendo a destructione inferioris ad destructionem superioris: aliquid enim implicat contradictionem uno modo, quod non implicat alio modo. » — Hoc Durandus. — Videlicet ergo quod rationes ille non sufficienter probent conclusionem.

Ulterius videatur quod nec rationes quibus Durandus eandem probat conclusionem, valeant. Primit enim Durandus (*ibid.*), quomodo successiva vel transiuntia differunt a permanentibus? ex quibus arguit ad propositum, « Prima differentia est, quia res permanens, duratione sua non interrupta,

potest plures sumi secundum se totam et secundum quamlibet partem sui, ut homo, vel lapis; successiva vero, et generaliter transiuntia, non possunt plures sumi secundum se, nec per aliquid sui, duratione sua non interrupta. Secunda differentia est, quia res permanentes sunt res proprie et simpliciter, ut homo, lapis, albedo, nigredo, et sic de ceteris; res autem successiva non sunt res proprie et simpliciter, sed solum quedam rerum habitudines, vel quidam reales modi essendi. Cuius ratio est: quia illud quod adveniens alieni non reddit ipsum magis compositum quam prius, non est res proprie et simpliciter; sed talia sunt omnia transiuntia et successiva, ut motus, tempus et hujusmodi; non enim celum est magis compositum quam si stare; quia motus ad locum nihil variat circa rem, ut dicitur.

8. *Physicorum* (1. c. 59); et idem est de motu ad formam, quantum est precise de ratione motus, quia nullam compositionem ponit secundum se circa subiectum, praeter illam que est formae terminantis motum, et est res permanens. Ex prima differentia arguit sic: « Minus est rem jam existentem conservare, ne corrumpatur, quam corruptam reparare. Sed, in successivis et transiuntibus, Deus non potest rem conservare, ne corrumpatur. Ergo, fortior ratione, nec potest corruptam reparare. Major videtur manifesta. Sed minor probatur; quia, si aliquod successivum vel transiens posset conservari, dum est, in esse, ne corrumpatur, tunc posset plures sumi; et sic esset permanens, et non transiens.

Sed dicit aliquis, quod de ratione transiuntis est quod non possit plures sumi continuo, et sua duratione non interrupta; quia tunc esset stans, et non transiens. Sed nihil prohibet quin possit plures sumi, ea interrupta; nec propter hoc erit stans, sed qualibet vice erit fluens et transiens. Propter quod major videtur falsa: quia magis videtur esse contra rationem successivi, vel transiuntis, quod possit permanere, ne corrumpatur, quam possit reparari, postquam corruptum est. — Sed istud non valet. Quia, si idem successivum, pilla idem motus numero, potest reparari, verum esset differere quod mobile subiectum esset his motum realiter. Illud autem non diceretur ratione numeracionis subiecti, quia illud est unum; nec ratione numeracionis spati, quia similiter est unum. Ergo oportet quod sit ratione numeracionis motus, vel durationis ejus, vel mensurae extrinsecæ. Si ratione numeracionis motus, habebatur propositum: quia omnis realis numerus est plurimum rerum; et ita motus præcedens et sequens non essent unus motus realiter, sed plures; quod est nostrum propositum. Si detur quod hoc est propter numeracionem durationis, in idem redit: quia duratio motus non est aliud quam motus; et ideo, si unum numeratur realiter, et aliud. Nec ratione mensurae extrinsecæ, vel cuiuslibet alterius extrinseci: quia Deus posset facere quod

(2) a verbo *nunquam* usque ad *Et*, ou. Pr.

(3) enim. — Ad. Pr.

esset solum motus primi mobilis, et illum posset interrumperet, et iterato reparare; et esset vorum dicere quod eorum esset bis motum, non per numerationem alienus mensurie extrinsecæ (quia nulla esset); nec per numerationem subjecti, vel spatii, aut moventis; ergo per numerationem motus, vel durationis, quod idem est. — Item, eundem motum posse reparari, vel est possibile simpliciter, vel impossibile simpliciter. Si sit possibile simpliciter, ergo erit possibile virtute naturae. Probatio: quia quandocumque aliquis effectus est simpliciter possibilis, et causa est æque potens iuncte et prius, ex causa tali potest idem effectus produci nunc sicut prius; si ergo reparatio ejusdem motus sit effectus simpliciter possibilis, ergo causa naturalis quae primo facit, et, eo corrupto, remanet æque potens ut prius, posset illum motum eundem numero reparare. Hoc autem est falsum. Relinquitur ergo, quod reparatio ejusdem motus secundum numerum est effectus simpliciter impossibilis. Talis autem effectus subterfugit omnem causam. Ergo per nullam virtutem potest motus idem numero reparari. — Item, si motus posset idem numero reparari, eodem modo posset et tempus. Et sic dies quae processit, posset statim reparari; et non solum semel, sed semper. Et ita totus decursus temporis, esto quod duraret in infinitum, non esset realiter nisi unus dies; immo una brevissima hora, vel brevissima pars unius horæ (quia idem argumentum potest fieri de hora, et de parte hora, sicut de tota die). Quæ omnia sunt absurdâ. Ergo, etc. » — Ex secunda differentia arguit sic: « Lieet idem subjectum posset esse successively sub oppositis formis vel habitudinibus, impossibile tamen est, et contradictionem implicat, quod oppositarum formarum vel habitudinum una sit alia, nec simil, nec successiva; sicut possibile est quod eadem aqua prius sit calida et postea frigida, vel quod idem homo primo sedeat et postea stet; sed impossibile est quod caliditas sit frigiditas, vel quod sedere sit stare. Sed, si idem successivum vel transiens posset reparari, sequitur quod una habitudo sit alia. Ergo impossibile est quod idem successivum vel transiens reparatur. Minor probatur. Quia, sicut dictum est, successiva non sunt proprie res, sed habitudines rerum; sicut motus essentialiter est successio, vel habitudo successionis mobilis in loco. Et, per eandem rationem, partes motus sunt essentialiter partes successionis. Partes autem successionis sunt prius et posterior, vel potius prioritas et posterioritas; ita quod, quando dicitur quod una pars motus est posterior et alia prior, non est predicatio denominativa alienos habitudinis additæ ad partes motus, sed est essentialis; quia partes motus sunt essentialiter ipsa habitudo prioritatis et posterioritatis existentie mobilis secundum aliam et aliam partem in loco, sicut motus est essentialiter successio ejus per

totum locum. Si ergo pars motus que prius est, posset reparari eadem numero, tunc habitudo prioritatis efficeretur habitudo posterioritatis; quod est impossibile, ut dictum fuit. Patel ergo quod successiva, ut motus et tempus, non possunt eadem numero reparari. » — Haec Durandus.

Sed quod iste rationes non sufficienter concludant propositum, immo sint solubiles, ostendit Petrus de Palude (dist. 43, q. 3), dicebis quod « ad rationes illas Durandi potest instari. Quia Durandus ad suam primam rationem bene instat; nec solvit ad instantiam, sed contra arguit, adducendo novam rationem ad conclusionem. Et potest instantia confirmari sic: Plus enim videtur aliquid de novo producere, quod nunquam habuit esse illud, quam illud quod aliquid esse habuit, illo perduto, reparare. Si ergo plus est aliquid corruptum reparare quam existens ne corruptatur conservare, similiter maius est illud quod nunquam fuit producere, quam productum conservare. Sed motum qui numquam fuit, potest Deus de novo producere. Ergo magis productum, ne fueret et desineret, conservare. Consequens est falsum. Ergo et antecedens. Et sic, si ratio bene concludit quod motus non potest, postquam fuit, reparari; ita concludit quod, antequam fuit, non potuit produci. Propter quod est dicendum quod major est vera ex parte agentis (quia non est minoris virtutis producere et reparare, quam productum conservare); sed non ex parte effectus. Sunt enim aliqui effectus quibus repugnat conservari eodem modo iuncte et prius, sicut successiva; non autem produci. Et ideo possunt produci ad essendum, non autem conservari in esseido ». — Ad secundam rationem, ut dicit, potest instari. Quia ex sola numeratione habituonis vel habitudinis potest dici aliquid esse his habituonis sine hoc quod habens vel habitu sit multiplicatum; sicut corpus humatum Christi fuit (2) in resurrectione his animalium vel vivum (3) sine binario corporum et animalium, ex sola habitudine eorum ad invicem multiplicata; ita et in proposito. Item, si ultima sphaera moveretur, nihil esset ibi habens, nisi coram, nec habitum, nisi motus, nec ubi, nec aliquis terminus; et tamen diceretur his motuum, si ejus motus interrumpetur, sicut alia corpora que moventur ad ubi et locum; ergo. — Ad tertiam potest dici quod idem numero reparari est possibile simpliciter. Et tamen est impossibile nature: quia, quoniam natura agentis et subjecti sunt æque potentia sicut prius, ex quo sequitur quod æque perfectum effectum possunt producere sicut prius, non tamen se habent eodem modo numeraliter ad invicem sicut prius, sed solummodo eodem specie et ideo in eundem effectum specie possunt, non numero. Lieet autem

(2) Christi fuit. — fuerit Pe.

(3) vivum. — unitum Pe.

materia non eodem modo se habeat ad Deum postquam habuit formam, quam prius, quando eam a Deo recipiebat, Deus tamen eodem modo se habet ad omnia; et ultius etiam Deus ex parte objecti nullam habitudinem requirit; unde, sicut sine subiecto potest producere effectum, sic, sine hoc quod subiectum habeat eamdem habitudinem, potest eundem effectum imprimere. » — Ad quartam, dicit quod « bene concludit, nisi quod est ibi petitio principii. Quia, cum continuitas sit tota causa unitatis in rebus successivis motu et tempore, nullus diceret tempus posse reparari, qui negaret de motu. Sed si dicatur quod post diem judicii erit una dies, nihil ad propositum: quia loquimur de die qui est motus eoli; tune autem non erit. Sed aliquis dicere quod nullum est inconveniens si sit idem dies numero heri et hodie, sicut non est inconveniens si est idem asinus Germani suscitatus et mortuus, et oculus perditus et restitutus. » — Ad quintam, dicit quod « supponit multa falsa in prologo suo. Primo, quod omnes res permanentes sint res proprie et simpliciter dictae. Quia hoc est contra eum, qui dicit quod relatio est res permanens; quem tamen est habitudo, et per consequens, non est res proprie et simpliciter, secundum eum. Etiam secundum eum, sequentia sex praedicamenta non sunt res, sed habitudines; quorum tamen situs, habitus et ubi possunt habere esse permanentes; quod est contra suam distinctionem. Secundo, quia, cum motus sit actus entis in potentia, et ex actu et potentia proprie dicta sit compositio vera et propria, videtur quod omnis motus cum suo mobili faciat unam compositionem. Nec obstat quod dicit, quod (z) non variat aliquid circa subiectum: quia verum est de motu ad ubi in mobili incorruptibili (6), sed falsum est de mobili corruptibili (7) quod per motum calefit; motus autem ad formam per se variat aliquid circa subiectum quantum ad accidentia, sed quantum ad substantiam non, nisi per accidens, in quantum generatio et corruptio sunt termini alterationis extrinseci. Tertio, quia continuitas successiva, quae per essentiam est motus, non est habitudo; sicut nec continuitas manens, ut linea, superficies, corpus: quia simul iste species quantitatis ponuntur in praedicamentis; et sicut divisibilitas in ea que insunt, est ratio communis quantitatis, ita continuitas omnis quantitatis continua, tam permanentis quam successivae; differentia autem divisiva alienus praedicamenti non videtur esse species alterius, cum praedicamenta sint impermixta; unde, cum continuitas et prioritas sint differentiae quantitatis (quia prima dividit contra discretam, secunda contra permanentem), videtur

quod ista non sint essentialiter habitudines quae sunt de genere relationis ». — Haec Petrus. — Ex quibus videtur quod rationes Durandi non sufficienter probant conclusionem istam.

Ulterius, videtur quod nec rationes quorundam aliorum ad eandem conclusionem sufficient. Argunt enim sic, primo: Quia, sicut continuitas est de ratione lineae, sic de ratione temporis. Sed Deus non potest facere quod linea discontinua sit una: quia, cum numerus causetur ex divisione continui, contradictione est quod sit continuum actu divisum, et non sit ibi numerus; et si eset unum et non unum, sed multa. Ergo similiter (z), ex quo motus est interruptus, non est unus. — Secundo argunt: Quia Deus non potest facere speciem generis alicujus simul cum oppositis differentiis; sicut non posset facere aliquid animal quod simul esset rationale et irrationale. Sed praesens, praeteritum et futurum sunt differentiae per se essentiales in motu et tempore. Ergo non potest facere de praeterito praesens, ut scilicet quod est praeteritum, idem numero sit praesens. — Tertio argunt: Quia contradictione est quod idem sibi ipsi succedat. Cum autem posterius succedat priori, facere de motu praeterito praesentem est facere quod unus et idem, et secundum idem, sit prius et posterius, et sibi ipsi succedat; immo quod sit et non sit, quia quod praeterierat non est, et quod est non praeterit. — Haec sunt rationes eorum.

Sed istae non videntur valere ad propositum concludendum, ut dicit Petrus (ibid.): « Nam contra primum est instantia. Quia sicut Deus non potest facere quod duas lineas simul existentes, in actu divisa, sint una; sic etiam non potest facere quod duo motus simul existentes discontinuati, sint unus. Nec de hoc est questio. Sed sicut potest facere quod linea annihilata, eadem numero reparetur, et habebit eandem numeri continuatatem quam prius, non obstante discontinuitate temporis, quae fuit media; sic et motum qui fuit, cum sua continuitate reparabit, non obstante quod sua continuitas fuerit interrupta, sicut et continuitas lineae fuit annihilata. » — « Similiter, ut dicit (6), secunda ratio videtur non valere, si motus est alia res a tempore. Quia, licet non possit fieri de praeterito praesens, sicut nec de albedine nigredo (si tamen hoc est verum); tamen, sicut subiectum quod est album, fit nigrum, sic videtur quod motus qui erat subiectum temporis praeteriti, fiat subiectum temporis praesentis vel futuri (7). Immo plus videtur quod de uno contrario fiat aliud formaliter: quia non est major incompossibilitas inter contraria proprie dicta, puta

(a) est. — Ad. Pr.

(6) dicit. — dicitur Pr.

(7) fiat subiectum temporis presentis vel futuri. — vel futuri, fiat subiectum temporis presentis Pr.

(a) quod. — quia Pr.

(6) incorruptibili. — incorporali Pr.

(7) corruptibili. — corporali Pr.

albedinem et nigredinem; quam inter formas substantiales distinctas per differentias oppositas, puta animatum et inanimatum; sed Deus posset subito facere de truncu vitulum, et de (z) non vivo vivum, et econtra; ergo de albedine nigredinem. Sed ibi est subjectum commune, quod remanet; et forma cedit formae, non una sit alia. Ideo, etc. » — Denique *tertia ratio* non videtur valere, istud dicit Petrus. « Quia diceretur quod Deus non posset facere quin praeteritum sit praeteritum; sed id ipsum quod est praeteritum, potest resumere ut et fuerit praeteritum, et nihilominus sit presens et futurum. Si enim Deus cœlum, dum movet, annihilaret, et postea repararet, nihil prohibet; ut videatur, quod cum eadem ratione qua prius movebatur, ipsum repararet; et ideo, etc. »

III. Argumenta Bernardi de Gannato. — Ulterius Bernardus de Gannato, in impugnationibus Henrici, *Quodlibeto* 7, q. 16, arguit quod Deus posset entidem molim numero reparare. Quia sicut interruptio in esse aliorum non impedit, propter identitatem ordinis ad potentiam divinam; sic nec in molu. Ergo, etc. Ubi sciendum quod Bernardus, ibidem, inducit alias rationes generales, ad probandum quod Deus esse corruptum, vel annihilatum, potest idem numero reparare, dicens: « Corrupta aliqua forma, certum est quod materia manet eadem numero; et etiam potentia ad formam, secundum quod materia est sua potentia. Sed secundum quod in (z), materia distinguimus istam potentiam per respectus diversos ad formas diversas, non tamen eadem potentia. Potentia autem hoc secundo modo dicta, dicit ordinem ad talium vel talium formarum. Sed in materia non manet amplius ordo ad formam corruptam eandem numero reparandam: quia materia non est per se in potentia ad formam que per agens naturale non potest in ea introduci, quia potentia passiva non extendit se ultra activam quae sibi correspondet; nullum autem agens naturale potest eandem formam numero reparare, cum non possit eandem transmutationem numero repetere; ergo in materia non remanet potentia ad eandem numero formam, quæ corrupta est, reparandam, sed ad eandem in specie solum. Identitas autem talis potentiae nihil facit ad hoc quod idem numero resurgat. Bene tamen manet materia in potentia ad eandem formam. Sed haec potentia non est naturalis, sed obedientialis: quia solum respectu Dei, qui potest in materia facere quidquid non implicat contradictionem; quod non est, si eadem forma numero reparetur. In materia autem, praeter potentiam naturalem, est potentia obedientialis, sicut et in ceteris creaturis. Et quia

nulla corruptio vel annihilatio diminuit de divina potentia aliquid, sicut Deus potuit hanc formam producere antequam produceretur, ita potest postquam corrupta est vel etiam annihilata. Unde, si materia prima annihilaretur, Deus posset eamdem numero reparare, cum ejus annihilatio nihil subtrahat divinæ potentiae. — Item, divina potentia, eo quod potentia, habet quemdam ordinem ad omnia per ipsam possibilia, saltem rationis, quia entis ad non ens non est nisi relatio rationis. Iste autem ordo non tollitur ex parte divine potentiae per annihilationem cuiuscumque: quia ita potest Dei potentia circa nihil, sicut circa aliquid; unde igit potest producere lapidem de materia et de nihilo; ergo annihilatione rei non impedit quin Deus possit eam reparare. Ex quo etiam patet quod interruptio in esse non impedit quin Deus eamdem rem numero possit reparare: quia eundem ordinem quem habet potentia Dei ad illud esse, semper habet; ita quod, licet fiat interruptio in ipso esse, numquam tamen in illo ordine, quin semper illud esse dependeat a potentia Dei; licet quando illud esse est in actu, potentia Dei influat, quando autem non est, non influit; et ideo infinites potest idem numero, quantumcumque corruptum vel annihilatum fuerit, reparare. Et hoc est proprium Deo, et nulli alteri agenti, cuius potentia non habet eundem ordinem ad rem que est et ad illam que non est; cum potentia creata non respiciat nihil, quasi potens aliquid de nihilo producere, sicut potentia Dei. — Item, quod producitur per eandem actionem numero, potest esse idem numero, etiam in naturalibus. Sed Deus eandem actionem numero producit hoc productum, cum primo producitur, et cum secundo. Quia ex parte Dei non diversificatur actio. Nec ex parte ejus in quo recipitur: quia hoc non diversificat necessario actionem, quod non requiritur ad eam; receptione autem in subjecto non requiritur in actione divina, que nullum subjectum necessario requirit. Nec terminus diversificat: quia, sicut Deus concipit hoc productum producere, quando primo producit, ita etiam quando annihilatum est, potest idem concipere quod iterum infinites producatur; unde, sicut conceptus divinus semper fertur super hoc productum, quantumcumque annihiletur, ita potest et potentia qua agitur semper per eandem actionem. Quod patet in simili. Edificator enim potest concipere eandem domum numero quam prius fecit, quæ modo corrupta est, et producere eandem specie, non numero: quia alia et alia actione agit nunc et prius; alia autem et alia actione requirit aliud et aliud terminum. Sed quia Deus eandem actione semper agit, idem frequenter potest esse terminus sine actionis. Non ergo identitati potentie materie, vel cuiuscumque creature, impendit quod possit idem numero resurgere, sed divine potentie, quæ potest quidquid non

(z) *de.* — Om. Pr.

(z) *in.* — Om. Pr.

implicat contradictionem; hic autem nulla contradictione est: cum interruptio in esse, respectu divinae potentiae, non faciat aliquam diversitatem in esse. — Haec ille. — Et postea subdit, sicut supradictum est, quod ista argumenta ita concludunt de successivis sicut de permanentibus; quare, etc.

§ 4. — ARGUMENTA CONTRA QUEDAM DICTA
SANCTI THOMÆ

I. **Argumenta Scoti:** — Ultimo arguitur contra ea que dicit sanctus Thomas, in *Quaest.* dist. 44, q. 1, art. 1), et supra recitata sunt (2). Arguit siquidem Scotus (dist. 43, q. 1), quod aliquid totaliter annihilatum possit per Dei potentiam idem numero reparari.

Primo. Quia ad hoc est auctoritas Augustini, 22, *de Cœritate Dei*, cap. 20, ubi, lopius de carne hominum reddenda in resurrectione: *Etsi*, inquit, *omnibus periisset modis, nec illa ejus materia in ulla natura latebris remansisset, unde vellet, eam repararet Omnipotens.* Ergo totaliter corruptum et destructum in totali esse potest idem numero reparari.

Secundo. Quia, si destructum esset annihilatum, illud *nihil* sequens annihilationem esset ejusdem rationis cum nihilo quod esset terminus *a quo* creationis: Pater: quia iste mutationes opposite haberent idem pro termino, una pro termino *a quo*, alia pro termino *ad quem*. Sed nihilum praecedens creationem non repugnabat quin illud enim opponitur posset creari. Ergo et post annihilationem poterit recreari idem numero.

Confirmatur ratio. Quia plenum est quod ex parte cause manet eadem potestas. Ex parte autem lapidis, esto quod lapis sit annihilatus, tanta est possibilitas simpliciter ad esse post annihilationem, quanta ante creationem: quia non magis includit contradictionem; nec illud *nihil* in quo cessit lapis, magis privat possibilitatem; quia non privat nisi tamquam oppositum; sed eidem et aequaliter (6) opponebatur ante creationem: ergo, etc.

Tertio. Quia in homine est aliqua entitas positiva, quae neque est pars materialis, nec formalis, nec partes, sicut probatum est in *Tertio* (7). Et arguitur sic: Quia aliquid est ibi causatum a causis intrinsecis. Sed nec causa materialis, nec causa formalis, est causata a causis intrinsecis, nec ambo simul. Est ergo ibi aliqua alia entitas a causis divisi acceptis. Et illa destruitur; alioquin homo non esset vere mortuus, quia non esset corruptio totalis entitatis hominis. Et tamen illa entitas reparabitur eadem numero; alioquin non esset idem homo. Ergo,

(2) Cfr. art. præged., in fine.

(6) *equaliter*, — *essentialiter* Pr.

(7) Cfr. Scotum, 3, *Sentent.*, dist. 2, q. 2.

Quarto. Quia, si Deus in hoc instanti, et in foto tempore medio usque ad B, et in instanti B conservaret istud esse, concedendum esset quod esset omnino idem numero. Ergo, si in A conservat, et idem in B instanti, et in tempore intermedio (2) non conservet, erit idem; et tamen erit interruptum in tempore intermedio. Probatur consequentia: quia identitas istius esse ut est in B ad seipsum ut est in A, non dependet essentialiter ex conservatione pro illo tempore medio; quia neque ut a causa formalis, neque ut a causa materiali, nec ut a quacumque causa essentiali. Hoc etiam probatur aliter: quia alioquin non posset Deus idem esse creare (6) in aliquo instanti posteriori, quod in instanti priori; quia, si in instanti priori creat (7), et in tempore sequenti conservat, illud esse, ut conservatum in tempore, essentialiter resipireretur ad identitatem illius esse (2) in instanti B; et si tunc non esset conservatum in illo tempore, sed primo creatum (6) in B, non posset creari idem.

Quinto. Quia diversitas posteriorum non arguit diversitatem priorum essentialiter. Sed illa instantia ad ipsum esse permanens sunt essentialiter posteriores. Unde et idem esse manet in quibuscumque instantibus succedentibus. Ergo, sive fiat continuatio inter illa instantia, sive non, non minus ipsum esse poterit idem esse. — Vel sic: Si idem esse esset in A, et in tempore sequenti in B, esset idem in A et in B. Ergo, si destruantur posterius, eo quod est durare in tempore intermedio, adhuc non necessario sequeretur ex hoc diversitas ejus in A et in B.

Sexto. Quia ex illa radice, quod esse simpliciter interruptum vel destructum non potest redire idem, sequuntur multa inconvenientia. **Primum** est quod Deus non possit resuscitare brutum idem numero, cuius oppositum non tantum legitim factum mirabile a sanctis: ut patet de taurō quem suscitavit sanctus Sylvester, ut habeatur in legenda ejus. Et hoc negare Deo esse possibile, videtur esse magna infidelitatis. Et tamen anima ejus sensitiva interrupta est et destructa. **Secundum** est, quod (5) omnia accidentia quae corruptiuntur in corruptione hominis, vel ante resurrectionem, non possent eadem numero redire. Et tunc homo resuscitatus non habebet eandem propriam passionem numero quam prius: quia ista propria passio non mansit post mortem; quia erat totius ut totius, et non tantum anime. Sed consequens est impossibile, quod sit idem sub specie, et non habeat eandem propriam passionem. **Tertium** est, quod (7) potentiae

(2) *intermedius*, — Om. Pr.

(6) *creare*, — *causare* Pr.

(7) *creat*, — *causat* Pr.

(6) *esse*, — *causare* Pr.

(6) *creatum*, — *causatum* Pr.

(5) *quod*, — *quia* Pr.

(7) *quod*, — *quia* Pr.

animae sensitivae, quae, secundum te, sunt accidentia, cum non sint accidentia solus animae, sed totius compositi, *de Sensu*, cap. 4, et *de Somno*, cap. 4, non possent redire eadem; et ita homo resuscitatus non haberet eamdem potentiam visivam vel auditivam. *Quartum* est, quod non haberet eamdem quantitatem numero: quia illa non manet, nec in materia sola manente, nec in anima intellectiva; igitur, etc.

Septimo. Positio tua deficit, quia (z) totum esse hominis potest manere non interruptum. *Primo.* Quia, ut probatum est, entitas totalis interrupitur. — *Secondo.* Quia esse animae intellectiva non est totale esse hominis, ut tu accipis: quia omnis ens habet aliquod esse; sed homo, ut homo, est aliquid ens, et non tantum anima; ergo habet aliquod esse proprium, et non tantum esse anima. — *Tertio.* Quia contradicis tibi: quia alibi dicens quod status animae in corpore est perfectior quam status ejus extra corpus, quia est pars compositi, et omnis pars materialis est respectu totius. Contra hoc arguitur. Quia quod habet totaliter idem esse, non est imperfectius ex hoc solo quod non communicat alteri idem esse. Sed, per te, anima separata habet totaliter idem esse quod conjuncta, immo esse quod est totale esse hominis, quod communicatur corpori. Ergo ipsa in nullo est imperfectior, pro eo quod non communicat idem esse corpori. Major appareat: quia perfectio naturaliter presupponitur ei quod est communicare perfectionem; ergo non est major vel minor per hoc quod communicat vel non communicat; et hoc maxime, si per talen communicationem nullum aliud est esse totius quam istud idem. — *Quarto.* Quia in homine est aliqua forma substantialis alia ab anima intellectiva; et, per consequens, cum cujuslibet forme sit dico esse, anima intellectiva non est totale esse compositi. Ergo, etc.

Octavo. Quia tunc, cum in morte Christi relatio maternitatis quae erat in Virgine ad Christum, fuit interrupta in passione Christi, sequitur quod post passionem non est eadem mater numero que prius.

— Hoc Scotus, in forma.

II. Argumenta Aureoli. — Contra eamdem conclusionem arguit Aureolus (dist. 43, q. 1, art. 1).

Et primo probat quod dicere quod nulla realitas, quae in morte fuit corrupta, redeat eadem numero in resurrectione, est derogare veritati resurrectionis, immo negare resurrectionem. Tum quia resurrectione est ejus quod cecidit, iterum surrectio nisi autem aliquid corruptum et perdens esse, iterum redeat, non stat veritas diffinitionis resurrectionis; ergo nec veritas diffiniti, quia ille casus

(z) *qua.* — *quia* Pr.

non est localis, sed secundum entitatem in non esse. — Tum secundo, quia, Socrate corrupto, corruptitur ejus humanitas, quae est tertia entitas distincta a materia et forma; et illa eadem numero redibit in resurrectione. — Tum tertio, quia, dato opposito, sequuntur innumerabilia inconvenientia: utputa quod sanguis Christi, quem resumpsit, in passione non fuit idem numero et ante passionem, quia ille fuit corruptus, nec ejus forma substantialis mansit, cum non sit animatus anima Christi. Similiter, quod capilli sanctorum, quorum constat forma substantialis in morte corrupti, non resurgent idem numero, contra illud Evangelii (Lucas 24, v. 18): *Capillus de capite vestro non peribit.* Similiter sequitur quod non redibit eadem propria passio individui: quia illa, per te, est accidentis, et corruptitur in morte. Sequitur etiam quod non redibit eadem masculinitas et femininitas. Similiter nec eadem filiatio. Similiter sequitur quod non redibit eadem caro numero: quia caro humana non dicit solum materiali et formam, sed dicit etiam materiali accidentibus affectam, ex 2. *de Anima* (l. c. 107, etc.), ubi habetur quod caro est medium calidi et frigidi et humidii et siccii. Item, quod sensus tactus non redibit idem numero, ac per hoc nec idem animal. Similiter nec idem oculus. Quae omnia sunt contra Sacram Scripturam.

Secundo probat quod dicere quod nullum corruptum possit idem numero redire divina virtute, derogat divinae omnipotentiae. Tum quia Augustinus, 22. *de Civitate Dei*, cap. 20, ubi querens quomodo caro comesta a vermis, incineraata et dispersa, resurget et redibit eadem, dicit hoc non esse difficile apud illum qui novit omnes partes: Et, dato, secundum eum, quod non remaneret, sed *omnibus perisset mortis*, ut *nulla ejus materia in ullis naturae latebris remansisset*, unde (z) collet, repararet eam *Altissimus Omnipotens*. — Tum quia, in fine precedentis capituli (6), querens de cicatricibus martyrum, si remanebunt et redibunt, dicit quod apud Omnipotentem possibile est quod redeant. Et hoc oportet concordare de Christo, secundum textum Evangelii, cum apparet Apostolis post resurrectionem, dixit (Lucas 24, v. 39): *Videte manus meas et pedes meos, quia ego ipse sum.* Ergo redierunt eadem cicatrices; aliter non fuisset efficax argumentum Christi ad probandum resurrectionem; diceretur enim sibi quod non sunt istae cicatrices, sed alias. — Tum quia Damascenus, querens possibilitatem resurrectionis, non vadit ad aliud quam ad resurrectionem Christi. Unde (*de Fid. Ort.*), lib. 4, cap. ult., dicit: *Nonne (γ) factum et effluvium reparare poterit idem iterum Omnipotens?*

(z) *si.* — Ad. Pr.

(6) *sive precedentis capituli.* — *principio capituli* Pr.

(γ) *Nonne.* — *Non ens* Pr.